

UNIVERSIS et

Singulis, in quacunq dignitate, Ecclesiastica, Civili, vel Militari ubivis Gentium constitutis, ad quorum notitiam præsentes Literæ pervenerint, NOS Præfectus, Consules, reliquiusq Senatus Civitatis veteris Aberdoniæ in Scotia, Salutem in Domino sempiternam. CUM veritati non adesse nostro deesse sit officio, sine fuco aut fallacia candide et exanimo testificamur, Quod, quo die datæ sunt hæ literæ, coram nobis pro tribunali ad jus dicendum causasque audiendas sedentibus, Apparuit generosus et honoratus Vir D. Gulielmus Gordon de Govall in Vicecomitatu de Aberdeen qui humiliter petiit et rogavit, ut, quia pollemus authoritate, tam popularibus quam exteris (quod res est) testificaremur Nathanaelem Gordon Cracoviensem in Regno Polloniæ (qui mense Maij anni Æ.C. millesimi septingentesimi primi, Annum tunc agens decimum quartum, ex hac Civitate in exteras profectus est regiones) generoso stemmate et honorabili prosapia prognatum esse: Cujus petitioni tam æquæ pro officij ratione deesse non potuimus. Itaq ut innotescat NOS non temere aut ex assentatione, sed diligenti prius scrutinio hoc super negotio instituto, præsens Diploma indulsisse; in judicium vocavimus eximiæ notæ et summæ apud nos authoritatis provectæq ætatis Viros, quorum egregia virtus spectataq probitas facile fidem facere potuerant. Viz. D. Georgium Midleton Sacrosanctæ Theologiæ Doctorem incluti Collegij Regalis Universitatis Aberdonensis Principalem, D. Joannem Gordon Juris Civilis, et Magistrum Alexandrum Gordon Human. Literarum in dicto Collegio Professores, D. Jacobum Gordon de Seatoun, Magistrum Gulielmum Gordon et Gulielm. Baxter nuper prædictæ Civitatis veteris Aberdoniæ Prætores, Qui solenni interposito Juramento elatis dextris santissime confirmarunt ac secundum juris ordinem testati sunt, præfatum Nathanaelem Gordon filium esse legitimum prænominati D. Gulielmi Gordon ex lectissima fœmina Cristiana Wyllie legitima ejus Conjuge. Dictum vero D. Gulielmum Gordon præfati Nathanaelis patrem esse legitimum generosi et honorati Viri D. Jacobi Gordon de Seatoun dicti Nathanaelis Avi paterni, ex generosa et lectissima fœmina Elisabetha Forbes legitima ejus Conjuge. Dictumq D. Jacobum Gordon filium esse legitimum [illegible] D. Jacobi Gordon quondam secreti Sigilli in hoc Regno [illegible] Nathanaelis Proavi Paterni, ex generosa [illegible] Janeta [illegible] ejus Conjuge. Dictam vero Elisabetham Forbes [illegible] Nathanaelis Aviam [illegible]

[illegible]

[illegible] Parentibusq legitimo thoro susceptis legitime procreatum [illegible] et pro innata [illegible] virtutis [illegible] accepturum in destinatum dirigere terminum [illegible] gratiam [illegible] singulos hujus Civitatis [illegible] et cum tenore [illegible] dederit occasio [illegible] perennaturam, unanimes spondemus. Atq ut huic testimonio nostro [illegible] fides, [illegible] Secretarij nostri autographo, nostro nomine signatum appenso Civitatis hujus sigillo [illegible] curavimus. Datum Palaeo-Abredoniæ nono die Mensis Octobris, Anno Æ.C. millesimo septingentesimo decimo quarto.

Nathanael Gordon filius



Alex.r Gordon Secretarius

Dar radcy J. Łomnego

5 X. 1714

Dypl. 459

Dar radcy J. Łomnego